Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26359
Copyright: Admont, Benediktinerstift

128

que occurrunt imagines. siue ex memoria. siue alia oc
culta ui per quasdam ~~imagines~~ spuale mixturas similiter spualis substantie.
an sic sanis atque uigilantibus interdum contingunt. ut cogitati
one occupata se uoluntas auertat a sensibus. atque ita for
met animi aciem uariis imaginibus rerum sensibilium tan
quam ipsa sensibilia sentiantur. Non solum autem cum appe
tenda que in talia tendit uoluntas. sed et metuendo in
fert talis sensus ipsis sensibilibus. tamen acies animi formandi
imaginibus sensibilium. Itaque aut metus aut cupiditas
quanto uehementior fuerit. tanto expressius formatur aci
es. siue sentientis. ex corpore quod in loco adiacet. siue
cogitantis. ex imagine corporis. que memoria continetur. Quod
ergo est ad corporis sensum aliquod corpus in loco. hoc est ad ani
mi aciem similitudo corporis in memoria. et quod est aspi
cientis uisio ad eam speciem corporis ex qua sensus formatur.
hoc est uisio cogitantis. ad imaginem corporis in memoria
constitutam. ex qua formatur acies animi. et quod est intentio uo
luntatis ad corpus uisum uisionemque copulandam. ut fiat ibi
quedam unitas trium. quamuis eorum sit diuersa natura. hoc
est eadem uoluntas et intentio. ad copulandam imaginem
corporis. que inest in memoria et uisionem cogitantis. i. for
mam quam cepit acies animi rediens ad memoriam. ut fiat
et hic unitas quedam ex tribus non iam nature diuersitate discreti.
sed unius eiusdemque substantie. quia hoc totum intus est. et totum unus animus.
Sic autem cum forma et species corporis interierit. non potest uolun
tas sensum reuocare cernentis. ita imago quam memoria
gerit obliuione deleta est. non erit quo aciem animi for
mandam uoluntas recordando retorqueat. IIII.

Sed quia preualet animus non solum oblita. uerum et non sensa
nec experta confingere. ea que non exciderit augendo. mi
nuendo. commutando. et pro arbitrio componendo. sepe
imaginatur quasi ita sit aliquid. quod aut scit non ita esse. aut